AMBROSIASTER
Freising, 1. Hälfte 9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Recte ergo dicitur deus erat in xpo. hoc est pater in filio mundum reconcilians
sibi. non reputans illi delicta eorum; Qm creatura peccauit in dm
et penituit ut reflectatur ad eum. dei opus suum volens perire misit
filium suum per quem predicatores remissionem peccatorum. reconciliare eos sibi per
ipsum per quem nos creauerat; Siue ergo per filium. siue per uos deus exhortat
populum. quia ad ipsum omnis summa referenda est; Cuius uoluntate
et prouidentia xps in carnatus est. ad salutem hominum redimenda; Qui
cum reuersus esset ad patrem. dispensationem accepta a patre. de
dit discipulis orantes per xpo reconciliari deo. hoc est qd dixi quia per xpo
uicarios dedit aptos ut per ipso predicarent. reconciliari deo eum. qui non
nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit; Dm dic patrem peccatum fecisse
filium suum xpm eum utiq; qui peccatum nesciebat. Id est qui non pecca
uerat qua factus caro non immutatur sed incarnatus factus est pec
catum; Sic quisit pfectus nam mittit quod erat. sed adsumit utiq;
qd non erat; Homo ergo factus est xps. causa peccati. qui non tangebat
eos neq; dignitas nasci homines; Propter quod omnis caro sub peccato
est. ideo factus caro factus est peccatum; Et qm oblatus est pro peccatis non
Nro in merito peccatum factus dicitur. Quia et hostia in lege quae pro pec
catis offerebatur peccatum nuncupabat. ut nos essemus iustitia di
in ipso qui peccatum nesciebat; Dicente esaia. Qui peccatum non fecit.
nec dolus inuentus est in ore eius; Quasi peccato occisus est. ut peccatores
iustificarentur apud dm in xpo; Zelum enim passus est satanas ad
uersus saluatorem uidens eum docere homines quomodo sibi propi
tium facerent dm abrenuntiantes diabolo; Et propter hoc occidit
eum nesciens futurum aduersus se. Xps enim post crucem descendens
ad feros deuicta morte. qui peccatum nesciebat. teneri a morte non
poterat. quia mors pro peccatum in animum infernum. ut mors iusti
peccatoribus pficeret. ut de cetero mors eos qui signum crucis habent tene
Ca: 6: re non possit; Adiuuantes autem et obsecramus. ne in uacuum gratiam di
recipiatis. Duplici genere apostolus humane salutis curam subiecere